Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



ram sive quatuor aut quinq
in ramis eius fructus eius.
Dicit dominus deus israhel In
die illa inclinabit homo ad
factorem suum et oculi eius ad
sanctum israhel respicient et non
inclinabit ad altaria que fe-
cerunt manus eius non respicient
lucos et delubra In die illa
erit ciuitates fortitudinis eius
derelicte sicut arbusta et sege-
tes que derelicte sunt a facie
filiorum israhel et erit deserta
quia oblita es di salutaris
tui et fortis adiutoris tui non
es recordata propterea planta-
bis plantaria non fidelem
et germen alienum seminabis
In die plantationis tui labrusca
et mane semen tuum florebit
Ablata est messis in die hedi-
tatis et dolebit gemitus be
multitudo populorum uiorum ut
multitudo maris sonuerit et
commotiones gentium sicut sonitus
aquarum multarum Gemebunt
populi sicut sonitus aquarum inundan-
et increpabit eos et fugiet
procul et rapiet sicut pulmis
montium a facie ventis et sicut
turbo coram tempestate in
die vesperi et ecce turbatio in
mattino et non subsistet Hec
est pars eorum qui vastauerunt
nos et sors diripientium nos
Ve terre cymbalo XVIII
alarum que trans flumina
ethiopie que mittit in mari
legatos et nauibus papiri super
aquas Ite angeli veloces ad
gentem concisam et dilaceratam
ad populum terribile post quem non
alius gentem expectantem et con-
culcantem cuius diripuerunt flu-
mina terram eius Omnes habitatores
orbis qui morantur in terra cum ele-
uatum fuerit signum in montibus
videbitis et clangente tuba audietis
Quia hec dicit dominus ad me Quiescam
et considerabo in loco meo sicut
meridiana lux clara est et sicut
nubes roris in die messis Ante
messem cum iam effloruerit e
m manum perfecto germinabit
et prudentes ramusculi eius
falcibus et que derelicta fue-
rint abscindent et auferent
et dimittet simul aues ma-
nent super eis volucres et omnes
bestie terre super illis hiemabunt
In tempore illo deferetur munus
domino exercituum a populo diuulso et
dilaniato a populo terribili post
quem non fuit alius a gente
expectante expectante et conculcante
cuius diripuerunt flumina terram
eius ad locum nominis domini exer-
cituum montem syon XVIIII
Onus egipti Ecce dominus asce-
det super nubem leui et
ingredietur egiptum et commouebuntur
simulacra egipti a facie eius
et cor egipti tabescet in medio
eius Et commouebo egiptum egip-
tios aduersus egiptios et pug-
nabunt vir contra fratrem suum
et vir contra amicum suum ciui-
tas aduersus ciuitatem regnum
aduersus regnum et diripietur
spiritus egipti in visceribus eius
et consilium eius perdam et
interrogabunt simulacra sua et
diuinos suos et phitones et